

rumque ad 3 in vertillis fere aggregati, verticillis 2—2,7 cm circ. inter se dissitis, fructuum cicatricibus circumcirca insertionem ipsam prominentem impresso-dilatatis, elliptici, parvi, $2,6 \times 1,8$ cm, superficie opaca, humiliter tuberculata atque densissime granulosa. Perianthium fructiferum: Calyx, ut videtur, plerumque vel fere semper 2-merus, lobis late rotundatis, laxe, obscure striatis, 5 mm vel paululo ultra in maximum diam. metiens, lobo inferiore stigmatibus opposito majore. Corolla petalis 2 transversis, omnino 1 cm in diam. metiens. Petala ovata, superne acutata, ubi dorso densiuscule striata. Stigmata normaliter, ut videtur, 2 ad basin fructus inserta in carpidio sterili uno. Pericarpium 1 mm in diam., sclerosomatibus transversis. Albumen homogenum, album, in dimidio i. s. cavitate mediocri.

Colombia: Sucre, Territorio del Caquetá (10. Juli 1926 — G. WORONOW et S. JUZEPCZUK n. 5863).

Die Art ist durch die ungeteilten Fiedern mit längeren, rötlichen Haaren, die relativ kleinen Früchte, deren in einem großen Teil der Äste meist fast quirlige Anordnung und den 2-zähligen* Bau der weiblichen Blüten sehr ausgezeichnet.

Sollten sich zwischen *Catoblastus* und *Catostigma* Übergänge zeigen, so müßte die Art *Catoblastus anomalus* heißen.

Phytelephas dasyneura Burret nov. spec. — Frondium rhachis ex fragmentis visis glabra vel glabrata. Segmenta regulariter in eadem planitie inserta, maxima visa circ. 85 cm longa, basi nonnihil reduplicata, in dimidio 5 cm lata, ad apicem sensim angustata, sat longe acuminata, i. s. subtus paulo pallidiora, glabra. Costa media subtus paleis carens, nervus minus validus subtus nonnihil prominens utrinsecus prope marginem situs; tenuiores numerosi atque supremæ ordinis densissimi utrinque, subtus etiam magis prominentes, optime distincti; transversales supra sub lente conspicui, valde serpentini, plerumque inter breviores.

Colombia: Hetuchá am Rio Ortegaza, Terr. del Caquetá, einheimischer Name „ñume blanco“ (30. Juli 1930 — G. WORONOW et S. JUZEPCZUK n. 6335).

Der einheimische Name bezieht sich nach schriftlicher Mitteilung von Herrn Professor WORONOW auf die weiße Nervatur der Wedel und deren weißlich erscheinende Unterseite.

Unter dem Namen „ñume blanco“ liegen von Hetuchá auch Bruchstücke einer Frucht sowie ein Same vor, deren Beschreibung folgt:

* Unter zahlreichen Früchten habe ich bei einer einzigen 3 Blumenblätter gefunden, während ein 3-lappiger Kelch anscheinend weniger selten ist.

Fructus ex fragmentis inter magnos vel majores, apice crasse corticati, tuberculis pro rata magnis, ad 1,5—2 cm fere altis, robustis coronati. Semen unicum visum forsan inter majores minus selectum obovatum, 5,5 cm longum, 4 cm latum, basi late umbilicatum.

Die Art ist im Gegensatz zu *Ph. macrocarpa* und *microcarpa* sowie der von O. F. COOK *Ph. Karstenii* neu benannten Art, die KARSTEN als *Ph. microcarpa* R. et P. beschrieb und abbildete, durch die unterseits deutlich und scharf vorspringenden, sehr dichten Nerven letzten Grades ausgezeichnet.

Geonoma* Woronowii Burret nov. spec. — Palma acaulis, gracilis. Petiolus 28 cm longus, demum fere glaber. Lamina simplex, breviter biloba, inter minores, tenuis, i. s. utrinque fere concolor, oblanceolata, a maxima latitudine, 19,5 cm, prope apicem loborum sita sensim marginibus fere rectilinearibus angustata atque longissime, angustissime, fere inconspicue in petiolum producta et decurrens, in rhachi 45 cm, in lobis 60 cm longa. Lobi oblongo-lanceolati, a bifurcatione 19 cm longi, margine interiore fere rectilineari, apice sat subito contracto, breviter acuminato, paulo intus curvato. Nervi primarii utrinsecus 20, ad 7 mm inter se dissiti, ardui, dimidiaefrondis rhachin angulo circ. 25° petentes, sed nonnihil ante illam jam conspicue inferne curvati, inferiores magis etiam ascendentes. Nervi primarii et secundarii subtus oculo inermi ejusdem validitudinis, haud distinguendi; inter primarium secundariumque tertiarium subtus plerumque circ. 3; transversales utrinque nulli. Spadix gracilis, 37 cm longus, simplex. Spica 4 cm longa, apice foveis rudimentariis aggregatis praedita. Spathae sat breves, $\frac{1}{3}$ pedunculum, ut videtur, haud aequantes, angustae, extus longitudinaliter dense striatae, fere glabrae, secunda primam superans, sed paulo supra illam oriens. Pedunculus longus, tenuis, ad apicem bracteis nonnullis rotundatis instructus. Spicae axis i. s. 5 mm fere in diam., glabra, leviter tuberculata. Foveae in seriebus paulo axin versus inclinatis 7—8, magis inclinatis 5 dense dispositae, sequentes hujus seriei 3 mm, illius 4 mm inter partes aequales dissitae. Labium inferius protractum, profunde incisum, superius vix ab axi productum, sed margine acuta. Flores majusculi. Fructus parvi, subglobosi, sine stipite 6 × 7 mm, opaci, minute verruculosi. Pericarpium $\frac{1}{2}$ mm vix in diam. Semen 4 × 3,5 mm. Perianthium fructiferum 4 mm circ. altum.

Colombia: Hetuchá am Rio Orteguaza, Terr. del Caquetá, Wald (21. Juli 1926 — G. WORONOW und S. JUZEPCZUK n. 6119).

* Vergleiche Fußnote S. 12.